

## 1.

*Papst Paschalis II. nimmt das vom Grafen Ludwig gegründete und dotirte Kloster Reinhardsbrunn in seinen Schutz und bestätigt dessen Rechte und Freiheiten.* **Lateran, 1102 April 11.**

5 *Hdschr.. Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 8. — Photographie Hauptstaatsarchiv Dresden. — Bulle an gelbseidenen Fäden hängend verloren.*  
*Gedr.: Stumpf, Acta Maguntina 3.*

10 :Paschalis episcopus servus servorum dei dilecto in Christo fratri Gisleberto abbati venerabilis monasterii sancte dei genitricis et virginis Marie sanctique Iohannis evangeliste, quod in loco | situm est, qui Reginherisbrun dicitur, eiusque successoribus  
 15 regulariter substituendis in perpetuum.: Iustis votis assensum prebere iustisque petitionibus | aures accommodare nos convenit, qui licet indigni iustitie custodes atque precones in excelsa apostolorum principum Petri et Pauli specula positi domino dispo|nente conspici-  
 20 mur. Tuis igitur, fili in Christo venerabilis atque karissime, iustis petitionibus annuentes monasterium Reginherisbrvn, cui deo auctore presides, ad honorem sancte dei genitricis  
 25 et virginis Marie sanctique Iohannis evangeliste, quorum nomini dedicatum est, sub tutela apostolice sedis specialiter confovendum protegendumque suscepimus. Quod nimirum monasterium Liudowicus comes infra silvam, que vocatur Liuba, propriis sumptibus edi-  
 30 ficans et propriarum possessionum collatione ditans pro anime sue ac parentum suorum salute beatis apostolis Petro et Pavlo noscitur obtulisse et in Romani pontificis defensionem  
 vos perpetuo delegasse. Eius ergo votum assensionis nostre favore firmantes per huius nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut, quicquid idem religiosus comes in mancipiis in campis silvis pratis aquis aquarumque decursibus in molendinis et  
 in mansis circa silvam Liube prediorum prefato cenobio contulit, quicquid preterea hodie iuste possidet sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione  
 25 fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere  
 perturbare aut ei subditas possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac  
 gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salvo episcoporum iure canonico.  
 30 Obeunte nunc eius loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum